



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

tandis, uel aliis piis causis de quibus in tractatu p[er] ca[us]as  
s[an]cti d. Andreæ Tiraquelli, quæ sunt causæ 15. in eccl.

### REGULA CXXXVII.

**1** Pater si dissipat bona sua potest ei interdicti admini-  
stratio & alimenta filio decerni, tex. est cum glo. in l. cum  
filio. ff. de leg. i. licet doct. 5. Saly. Bal. & Paulus de Causis  
cant, q[ui] aut pater dissipat bona sua propria, & libera  
possunt filii petere, q[ui] assignentur tot bona libera, ex quibus  
possunt uiuere possint, secundum l. fin. C. de sent. pass. si uis  
dissipat bona fideicommissio subiecta. Tunc sibi bono-  
rum aufertur possessio, & datur filiis. ut pater inde alatur  
ut l. imperator. ff. ad Trebell. Quamuis Bal. teneat in l. si  
potest. ff. de adopt. q[ui] eis dentur tantum pecuniæ pro  
mentis de mense in mensem ut uiuere possint & hoc  
principio cuiuslibet mensis per l. fin. ff. de lib. agnosc.  
uide Ias. in l. si costante q. 7. ij. par. in fine. ff. solu. matr.  
Boe. deci. 61. nu. 15. 16. 17. & 18. q[ui] not. & not. G. de  
sing. 76. & Bal. in l. filius. ff. de procur. nu. i. ubi tenet  
patris uita est deformis filio, ius concedit habenas ad  
nistrationis filio, & Bal. in l. quamuis. C. de fideicommissio  
dicit, q[ui] si pater est dilapidator bonorum filii priuatur  
nistratione, & potest filius agere contra patrem & Soc.  
in consi. 34. col. 9. uol. i. uerfi. 3. conclusio, q[ui] not.

**1** Fallit hæc regula nisi pater dilapidaret facultatem in  
ritu & contemplatione filii, quia eo casu filius contra  
patrem agere non posset, & quotidie uidemus patres  
magis cruciari de incommoditatibus filiorum: quam de  
suis propriis. pro ut docet experientia, & alibi Bal. in l. si  
pinianus. nu. i. ff. de inoff. testa. dicit q[ui] pater magis tenet  
tur filio, quam imperatori, & tueri filium quam seipsum  
ob nimiam affectionem q[ui] gerit erga filium. ut quotidie uidetur.

### REGULA CXXXVIII.

**1** Pactum factum in contractu nuptiali q[ui] soluto matrimonio

nio duar partes dotis restituantur hæredibus mulieris de  
 functæ. Tertia retenta an de iure sit ualidum. Tu indu-  
 bitanter tene q̄ sic, quia ita l. Senatus 1420. cautum repe-  
 ritur, & minime sunt mutanda quæ certâ semper interpre-  
 tatione habuere l. minime. ff. de leg. & est tex in l. ii. C. de  
 iure dot. & l. quamuis. C. de pact. conuent. & Bar. in confi.  
 126. & l. debitor §. fin. ff. ad Trebell. & maxime stante ge-  
 nerali consuetudine in hac ciuitate usque ad hæc tempo-  
 re obseruatissima uirtute d. legis 1420.

1 Fallit hæc regula in uidua, ut in fine d. l. 1420. & ha-  
 stenus ita ex consuetudine obseruatur in hac mag. ciuitate  
 pro ut omnibus notum est.

2 Fallit etiam quando tale pactum initum est inter con-  
 trahentes de tota dote restituenda in casu soluti matri-  
 monii per mortem coniugum, quia contractus ex con-  
 uentione partium legem accipiunt & contractus matri-  
 monii in dubio intelligitur factus, secundum loci consue-  
 tudinem mariti. Ira Aff. deci. 226. nu. 1. & 10. q̄ tu not.

3 Fallit etiam quando in ciuitate esset statutum de tertiâ  
 partem dotis lucrando, pro ut est in multis locis Italiae,  
 ut in specie consul. Bal. in cõsi. 102. uol. 4. & idem Bal. con-  
 si. 124. quaestio. 60. uol. per totum. q̄ not.

4 Fallit quoque quando maritus non supportat onera rea-  
 lia matrimoni, pro ut faciunt & facere debent uiri susti-  
 nentes onera matrimonii, & fructibus dotis. pro ut Bal. in  
 confi. 53. quædam d. Richabella. nu. 2. uol. 5. & doct. in l. si  
 ab hostibus. §. si uir. ff. solu. matr.

5 Fallit itidem quando maritus occidit uxorem depre-  
 hensam in adulterio, pro ut Rom. sing. 315. incip. propter  
 adulterium, & Per. Gerard. sing. 40. Marf. sing. 234. paria  
 delicta, & late in pract. crim. §. 6. nu. 149. Boe. deci. 338.  
 in princ. Ias. in l. fideicommissum. C. de fideic. nu. 4. Quæ  
 supradicta locum non habent, in 3. casibus, ut infra dicam  
 si mulier adulterium committit de consensu & uoluntate  
 uiri, secundo si uir uiuente uxore concubinas retinet,  
 quia paria delicta. Tertio si post commissum adulterium  
 cum ea se reconciliauerit mores approbando, ut l. uiro  
 atque

atque uxori. ff. solu. matr. glo. ibi & doct. q̄ not.

REGULA CXXXIX.

- 1 Pater de iure tenetur alimentare filios suos. l. nec. l. si quis ex liberis. §. si quis ex iis. ff. de lib. agnos. & de dotare. l. fin. C. de dot. promiss. cum infinitis.
- 2 Amplia. ut non alimentare, sed etiam tenetur ad imbecilla, quibus humanum corpus tegitur & conservatur. secundum glo. not. in d. §. si quis ex iis, in uerbis non tamen onera, & l. uerbo cum l. seq. ff. de uerb. signib.
- 3 Amplia. d. regulam ut non solum filiam dotare tenetur, sed etiam si uidua remanserit pater potest etiam compelli ad dandam eandem dotem secundo uiro. Ita Roma. l. 788. auct. & refert. Io. And. in tit. qui filii sint legitimi in hoc in addit. ad spec. in uersis. Martinus de Fano. & de nouell. in tract. de dot. parte. i. col. 2. & parte 6. prius q̄ 16. Ias. in §. fuerat col. penul. de act.
- 4 Fallit quando pater non habet introitus pro se alimentando, quia non tenetur eo tunc ad alimenta pro filio. glo. not. in l. si quis a liberis. §. fin. in uersis. liberto. ff. de lib. agno. quia debet magis sibi prospicere, quam aliis, cum prima caritas incipiat a seipso. secundum Bal. in l. i. C. de inoff. dot. l. Iulianus. ff. si quis omnis causa testa. Ita Afflic. deci. 290. nu. 9.
- 5 Fallit quoq; quando filius habet conueniens officium seu exercitium, quia tali casu pater non tenetur alimentare filium, seu ad præstationem alimentorum. Ita Deci. in c. Episcopus. nu. 10. de præbendis. Bar. in l. si quis §. in uersis. sed si filius. in uersis. ut operis ff. de lib. agnosce. uel quando manibus propriis potest sibi uictum querere quia eo tunc pater non tenetur ut Deci. ibi nu. 10. q̄ not.
- 6 Fallit quando filia præter consensum patris matrimonium contraxerit, quia eo tunc pater non tenetur. Ita Boer. deci. 130. nu. 8. citando Bar. Ang. & doct. in l. obli. gamur. §. lege. ff. de act. & oblig. & doct. in auct. res que

C. com.